



BOLETIN OFICIAL

DEL

OBISPADO DE SALAMANCA

Las reclamaciones se harán, en el preciso término de un mes, a la Dirección del BOLETÍN ECLESIAÍSTICO, calle de la Rua, 59.

SACRUM CONSISTORIUM

23 MAII 1923

ALLOCUTIO SS. D. N. PII PP. XI

CREATIO ET PUBLICATIO S. R. E. CARDINALIUM

Venerabiles fratres:

Gratum nobis est admodum quod vos iterum coram congregatos intueri licet, et de gravissimis Ecclesiae causis alloqui, in quibus cum Dei gloria salus animarum vertitur: idque eo magis gratum accidit, quia non desunt, divinae bonitatis munere, talia quae cum pericunde Nos commemoramus, tum vos perlibenter audiat.

Primum omnium dicimus Sanctissimae Eucharistiae honores per Italiam atque adeo toto orbe catholico tam mirifica magnificentia hodie tribui solitos, ut in pulcherrimis de Augusto Sacramento Ecclesiae fastis iure numerare possimus. Etenim magnanima priscorum christianorum studia, subita pietatis publicae inflammatio ab haereticorum erroribus in contrarium omni tempore excitata, divina plurifariam facta prodigia, magnorum Conciliorum decreta et canones, assi-

duae Romanorum Pontificum curae eorumque solemnia, et crebra praescripta de moribus institutisque eucharisticis, ut de festo Corporis Christi, de supplicatione in quadraginta horas habenda, de Sacramenti adoratione perpetua, de pueris quamprimum et quam religiosissime ad Sacram Synaxim comparandis, de Eucharistia frequenter, ut oportet, sumenda, de religiosis familiis Eucharistiae colendae unice additis; haec omnia profecto declarant, et Ecclesiam sanctam nullum aliud unquam habuisse divini cultus vel caput vel centrum vel rationem maximam, omnisque supernaturalis vitae vel fontem vel pabulum, nisi sacratissimam Eucharistiam, et ipsius Eucharistiae quotidianum perennemque cultum per intervalla maximis, quibusdam ac splendidissimis religionis popularis significationibus illustrari consuevisse. Quae vero id genus fiunt in conventibus eucharisticis, per sacras conciones sermonesque, per Sacramentorum frequentiam perque insignes non raro reditus ad frugem, per diurnas nocturnasque supplicationes, per celeberrimas triumphali ritu ductas pompas, in quibus ipsis conventuum eucharisticorum summa consistit, ea sane, ut maximi momenti sunt, ita decoris plena et maiestatis.

De quo Nos quidem, Venerabiles Frates, summas Deo grates ex animo vobiscum agimus; simulque meritis tribuimus laudes episcoporum ordini et Clero, quorum instantiae laboribusque apostolicis rem, tam Deo gloriosam tamque animis salutarem, referimus acceptam; nec minus laudamus, ut aequum est, catholicos eos homines, quibus adiutoribus, impigris quidem et volentibus, secundum Deum, sacrorum et Antistites et administri successum operae suae fructumque debent.

Alterum quod Nos valde recreat et consolatur, hoc est singulari cum fidei et pietatis obsequio universitatem catholici nominis Nostras primas Litteras Encyclicas accepisse: cuius rei adhuc ad Nos undique affluxere necnum cessant praeclara testimonia.

Vehementer autem Nos illa et studiosa voluntas et officii conscientia delectat qua ducibus Episcopis, clerici simul et laici homines, hortationibus incitamentisque Nostris obsequi, in iis institutis inceptis operibusque sese exercent, quae omnia *actionis catholicae* appellatio complectitur. Quae quidem actio cum suapte natura pertineat ad animos sincero Iesu Cristi spiritu, nempe sub sacrorum auctoritate pastorum, imbuendos, idque congruenter officiis temporibusque

tum singulorum hominum tum humanae societatis pro rerum publicarum civiliumque ordinum varietate, nemo non videt quantopere intersit eam vigere non modo ad religionis vitam et ad bonum Ecclesiae, verum etiam ad civilem cultum atque ad ipsius consortionis humanae utilitatem. Idcirco in Litteris Encyclicis, quas memoravimus, aperte significanterque diximus, eandem catholicam actionem hinc ad pastorale ministerium, inde ad christianam vitam sine dubio pertinere, ita ut, quicquid ad eam augendam fiat aut ad minuendam, id ipsum ad tuenda aut violanda Ecclesiae animarumque iura fieri videatur.

Quod igitur eiusmodi actio latius in dies diffunditur solidiusque confirmatur; quod per ipsam divinae Eucharistiae caritas penitus afflat animos eosque ad agendum alacrior facit; quod sacerdotes et laici atque ex utroque sexu adolentes in hoc honestissimo certamine et tamquam apostolatus nullis curis laboribusque parant, haec Nos quidem sanctissimo complent gaudio, itemque ad spem erigunt aevi multo melioris.

Haud absimilem magnarum expectationem utilitatum, quae quidem ad omnes orbis terrarum partes pertinent in quibus Evangelium praedicatur, illud Nobis commovet solemne propositum, ut, per proximum Annum sanctum, quaecumque catholicarum Missionum naturam ac vim, loca, res atque incrementa inlustrant, ea omnia in Nostris hisce Aedibus Vaticanis publice ad spectandum exhibeantur; quod quidem propositum Nostrum, ut probe scitis, Venerabiles Frates, haud ita pridem nuntiavimus, cum id ipsum dilecto filio Nostro Cardinali praefecto sacri Consilii Fidei propagandae exsequendum commisimus. Placet autem, in hoc amplissimo consessu, vobiscum communicare, rem iam nunc videri feliciter eventuram, cum idem Cardinalis delectique ab eo administri summa contentione in eadem apparandâ elaborent et ad litteras, quae invitationis causâ sunt in omnes partes dimissae, magna cum approbatione magnisque cum pollicitationibus sit rescriptum.

Ex quo certum habemus fore ut maximum sanctissimumque omnium catholicorum operum, quale est Opus Missionum, plurimum accipiat adiumenti. Christifideles enim, qui Anno Sancto ex omni ora ac parte terrarum ad sepulcra Apostolorum confluerint ut plenissimam admissorum veniam uberrimamque gratiarum copiam assequantur, magnitudinem amplitudinemque divini illius Operis uno veluti

oculorum obtutu conspecturi sunt, iidemque aestimaturi quibus illud opibus praesidiisque indigeat, quae omne genus impedimenta sint sacris Christi legatis superanda, quam multa quamque magna usque adhuc ab iis gesta sint, quantoque et plura et maiora sin gerenda. Hinc facile coniciant, quam gravi ipsimet officio urgeantur opitulandi, pro sua quisque facultate, fortissimis magnanimisque viris, qui, patriâ, propinquis amicisque relictis, in dissitas barbariae regiones abeunt, ut sudores vitamque ipsam in salutem animarum profundat, quas Iesu Christus suo ipsius sanguine redemerit. Ad haec catholicae ipsae Missiones ex hoc veluti earum conventu illum quoque haud mediocre percepturae sunt fructum, ut earundem moderatores et consilia conferant et rerum experimenta peropportune inter se communicent. Quin etiam id confidimus praecipue profuturum fingendis atque ad artem disciplinamque horum temporum conformandis missionalibus, ita, ut intelligentiores cotidie atque utiliores evadant gratiae et sanctitatis administri; cuius quidem gratiae et sanctitatis munera in traducendis ad Christum infidelibus principem obtinent obtinebuntque semper locum, cum res agatur supernaturalis prorsus ac divina.

Iucundum sane Nobis foret, Venerabiles Fratres, una vobiscum in hac rerum laetitia amplius insistere, nisi mentem animumque Nostrum alia revocarent, quibus, non iucunditas sane aut solacium, verum sollicitudines anxiaeque curae comitantur.

Etenim in proximis Europae Asiaeque plagis orientalibus, ubi christiani nominis cum sanctissima monumenta existant tum maxima negotia vertuntur, horrida usque tempestas insidet, iisdem populis regionibusque incredibiles molestias calamitatesque continuans, summo cum detrimento non religionis tantum sed ipsius etiam cultus civilis et humanitatis. Supervacaneum est quidem hic profiteri, Nos, quemadmodum semper pro viribus et tutati sumus et tuebimur catholicorum in Loca Sancta iura—quae cum apertissima multoque ceteris potiora sunt, tuum nulli unquam obnoxia praescriptioni—ita tot tantisque earum gentium necessitatibus opem pro facultate Nostra omni studio afferre perseveraturos. Atque utinam omnibus patriâ extorribus puerisque, altero vel utroque parente orbatis, tutum perfugium et salutis praesidium praebendi copia suppeteret, quod quidem multis iam—quamvis paucis profecto in tanta multitudine—praebuimus, adiuvante Nos piorum liberalitate, quos libet

in hac maiestate loci cum grati animi significatione commemorare.

Accedit ut ne ipsa quidem multis gravibusque malis vacet Europa, cum et in continenti et magnis in insulis nationes olim florentissimae eademque civilis cultus magistrae, per interneciva bella maximis illatis acceptisque detrimentis conterantur, non sine praesenti vel graviorum damnorum periculo, quae in universam Europam atque adeo in omne hominum genus incumbant. Quod quanto Nobis sit dolori, verbis exprimere non possumus, cum erga omnes, qui utrinque dimicant, paternum geramus animum et experiamur. Nam sive politicae libertatis vel opinione vel estudio inter se populi dissideant, sive pactorum interpretatione aut iurium officiorumque ex pactis manantium aestimatione discrepent; sive in domo paterna sint semper versati, sive recenti aut veteri memoria eam deseruerint; universi omnes filii sunt communis Patris, qui, dum domestico convivio cum praesentibus accumbit, exspectat cum desiderio reduces eos qui absunt; omnes enimvero sunt ex eodem ovili oves et agni, quo sine ulla temporis intermissione idem divinus Pastor amanter appellat.

Nobis autem magna cum sollicitudine in dimicantium turbam intuentibus, filii undique occurrunt, optimi quidem atque huic Apostolicae Sedi, alii aliis de causis, carissimi: vel ex *Insula Sanctorum*, vel ex *Angelorum Terra*, vel ex natione *Ecclesiae primo genita*, vel ex illa Germania catholica, quae lugendum ab Ecclesia Romana discidium, abhinc quattuor saeculis factum, studio tam acri, tamque solida et apta vitae christianae disciplina, in medio ipso furore belli, compensavit, atque etiam in praesenti discrimine compensat.

Neque Nos latet quantam inde iacturam accipiant omnia quae ad christianum nomen vel confirmandum vel provehendum sapienter filii illi Nostri instituerant, eo Nobis cariores quo gravioribus calamitatibus premuntur. Quo autem maerore Nos tantarum acerbitatum molem continuationemque prosequamur vix opus est dicere.

Fecimus omnino—testis est Deus—ad hanc miseriarum immensitatem vel tollendam vel certe levandam, quantum pro Nostra et facultate et auctoritate potuimus; idque facere non desistemus, quoad aliqua affulgeat spes, pacem saltem filiis inter se digladiantibus praedicando, pacem inculcando, pacem inquit illam, quam etiam nunc ex intimis visceri-

bus invocamus. Illud tamen in Nobis est, eritque perpetuo, ut *Deum pacis* imploremus, qui pacem restituat firmetque suam in omnium animis, iustitiae caritarisque eis sensus iniiciens, eosque ad amicitiae consensiones inclinans; id quod Nos omni animi studio et in praesens precamur et posthac precaturi sumus.

Iam tristiora multo ac luctuosiora a Russiacis regionibus exstiterunt. Haec tamen, utpote omnibus cognita et ubique per ephemerides quam latissime pervulgata, hic persequi singuillatim nil attinet: unum silentio praeterire non possumus. Dum enim illuc missi a Summo rei catholicae Moderatore praeclarissimi viri, iique propter patientiam sollertiamque suam omnium admiratione et laudibus digni, afflictos et prope fame enectos e magna illa natione populos benefactis cumulant, ex ea nimirum largitate quam Nobis subsidia suppeditaverant et impense a Novis invocata et a catholicis totius orbis abunde constanterque collata: ecce insignes catholicae religionis Antistites et administri in vincula coniici, quaestionibus urgeri, ad diuturnam arctamque custodiam damnari, eorumque unus crudelissime necari. Eos hic honoris causa nominamus: Ioannem Baptismam Cieplak, Archiepiscopum Achridanensem, atque ipsius socios sacerdotes, Leonidam Federow, Constantinum Budkiewicz, Stanislaum Eismont, Eduardum Junewicz, Lucianum Hwiecko, Paulum Hodniewicz, Antonium Wasilensky, Petrum Janukiewicz, Teophilum Matulanis, Joannem Trojgo, Dominicum Iwanow, Franciscum Rutkowsky, Augustinum Prosketis, Antonium Malecki, unaque pium adolescentem, Iacobum Sciarnas.

Haec vero admissa sunt omnia, Nobis primum insciis, deinde nec consultis, nec auditis, cum Nos id unum postularemus ut, qui subditi sacrae Nostrae auctoritati essent, Nostro iidem permitterentur iudicio, additis litteris quae ipsorum culpam, si qua esset, demonstrarent; itemque sancte sponderemus eorum Nos causam pro iustitiae merito iudicatu. Quod vero est multo deterius—si vera sunt ea, quae perhibentur—ministri religionis eius, quae tam egregie de populo russiaco mereretur, vinculis et capite damnati sunt multis manifestisque invidiae contemptionisque significationibus erga sanctam ipsam divinamque religionem quam illi quidem tuendam susceperant, cuiusque et praecepta servare et iura propugnare se quovis pretio profiterentur.

Quidquid autem habeant momenti ac ponderis aliae cri-

minationes Archiepiscopo Cieplak impositae eiusque *passionis sociis*, praesertim sacerdoti Budkiewicz, qui glande mortifera percussus interiit, dolores quidem, quos fortissimorum filiorum causa suscepimus ac toleramus, mirifice consolaturum gloria quae inde in religionem nostram Deumque ipsum redundat, tum spes illa certissima quae sustentamur fore ut condemnationes ipsae, iudicia, poenae ac sanguis in primis plurimorum fiant optimorumque catholicorum semina, quemadmodum sub ipsa Ecclesiae primordia *semen christianorum* exstiterunt.

Quae quidem spes Nobis maior est de iis qui Nostrorum et fratrum et filiorum damnationes poenasque participant, quos ipsos, etsi a Nostra communione remotos, tamen in Iesu Christi caritate atque in optatissima Ovis unitate diligimus; quosque propterea a prioribus illis minime volumus esse seiunctos, omnibus aequae invocantes illa humanitatis officia, quae omnium exultarum gentium in votis sunt.

Atque haec quidem omnia, qualiacumque acciderunt, nihil opus est adiungere nunquam fore ut retardent opera illa omnia misericordiae ac beneficentiae plena, dudum inchoata, necdum per tot solidos menses intermissa, in solatium tot ac tantarum miseriarum. Nam perseverabimus equidem usquedum et necessitas illinc, et hinc facultas adfuerit, illius apostolicae vocis memores: *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum*. Quod etiam erit argumento quantopere Nos quidem pacem cum omnibus servatam velimus, salvis videlicet iuribus, quae ipsis tenuioribus hominibus debentur, parvulis, infirmis, afflictis, maximeque iis qui propter iustitiam ac veritatem patiuntur; salvis item ante omnia, in bonum quoque ipsius civilis hominum societatis, iuribus Ecclesiae catholicae, quae una est apud homines, Dei mandatu ac iussu, iustitiae veritatisque vindex ac magistra, utpote quae incorruptibilis doctrinae ac sanguinis Dei Redemptoris sit in aeternum conservatrix.

Horum autem iurium incolumitas semper erit Nobis sacrosancta lex, quamvis exoptemus pacem et habere et conciliare cum omnibus; quamvis etiam parati simus, quoad fas sit, ea concedere omnia, quibus et meliores Ecclesia ubique vivendi rationes assequatur, et simul animorum concordia reconcilietur.

Sed iam, ut ad laetitiae solatiique causas redeamus, in haec Nostra pacis vota et consilia singulari quadam fiducia patrociniū imploramus eorum venerabilium Dei servorum,

quibus divino munere titulum et honores beatorum caelitem nuper decrevimus: Beatae Theresiae a Iesu Infante, Beati Michaëlis Garicoïts, ac Beati Roberti Bellatmini; de quibus illud usurpare placet Ambrosii nostri: *Tales ambio defensores*.

Restat ut amplissimum Collegium vestrum, Venerabiles Fratres, suppleamus. Placet enim romana purpura duos praestantes honestare viros, qui quidem, variis muneribus nitide sancteque gestis, se Nobis et Ecclesiae valde probaverunt.

Hi sunt:

IOANNES BAPTISTA NASALLI ROCCA, Archiepiscopus Bononiensis. = ALOISIUS SINCERO, Sacrae Congregationis Consistorialis Asector.

(*Acta Apostolicae Sedis*, vol. XV, 1923, pág. 245 y sig.).

Litterae Apostolicae

Divus Leonardus a Portu Mauritio caelestis patronus declaratur sacerdotum qui in catholicis regionibus ad sacras missiones populares incumbunt.

PIUS PP. XI

Ad perpetuam rei memoriam. — Romani Pontifices Nostri decessores fidelibus peculiaria munera sive officia vitae christianae implentibus singulares caelestes Patronos adsignare consueverunt, quorum valido uterentur auxilio et sequerentur exempla, huiusmodi ad honorem illos e sanctis caelicolis eligentes, qui in iisdem muneribus et officiis, dum vitam mortalem agerent, maxime excelluissent. Hoc ducti consilio piis precibus annuendum existimavimus dilecti filii Bernardini Klumpler, Fratrum Minorum Ministri generalis, qui, amplissimo etiam fretus suffragio Purpurati S. R. E. Principis Orestis Cardinalis Giorgi, Nos instantanter rogavit ut

sanctum Leonardum a Portu Mauritio, Confessorem, Ordinis sui decus atque ornamentum, caelestem Patronum designare dignemur sacerdotum, qui sacris popularibus missionibus in regionibus catholicis operam navant. Et sane divus Leonardus, inter Fratres Minores cooptatus et sacerdotio auctus, impiger ac strenuus divini verbi praeco, fere omnes Italiae regiones et urbes sacris expeditionibus lustravit. Vir potens in opere et sermone coram Deo et populo, atque electissimus in vinea Domini operarius, celeberrimus concionibus innumeras conversiones operatus est; efficacia verbi non minus quam sanctitate vitae sordentes in vitiorum caeno homines ad poenitentiam adducens. Expedit ergo ut sacerdotes, qui christiano populo verbum facere student, tanti apostolici viri haereant vestigiis ipsoque caelesti gaudeant Patrono. Quamobrem, audito venerabili fratre Nostro Antonio S. R. E. Cardinali Vico, Episcopo Portuensi et Sanctae Rufinae, Sacrorum Rituum Congregationi Praefecto, apostolica Nostra auctoritate, praesentium Litterarum vi perpetuumque in modum, sanctum Leonardum a Portu Mauritio, Confessorem, in caelestem apud Deum Patronum peculiarem sacerdotum, qui ad sacras populares missiones in regionibus catholicis ubique terrarum incumbunt, eligimus et constituimus.

Decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces semper exstare ac permanere, suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere, illisque, ad quos pertinent sive pertinere poterunt, nunc et in posterum perpetuo suffragari; sicque rite iudicandum esse ac definiendum, irritumque ex nunc atque inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter vel ignoranter attentari contigerit. Non obstantibus contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anulo Piscatoris, die xvii martii, anno mxmxxiii, Pontificatum Nostri secundo.

P. CARD. GASPARRI, a Secretis Status.

APOSTOLADO DE CARIDAD

Discurso pronunciado por S. S. Pío XI en la audiencia concedida a las Damas de la Caridad de Roma.

«He aquí una audiencia agradable, bella y buena, entre las más bellas y más buenas, sin despreciar por esto ninguna de aquellas a que por la gracia del Señor Nós hemos asistido.

Audiencia placentera al espíritu, que contempla vuestra obra; agradable al corazón, que se alegra, goza, se edifica y arde en la llama viva de la caridad cristiana. Espectáculo magnífico que con sus sencillas frases evocaba vuestra Presidenta en aquellos rasgos dirigidos al mundo entero; espectáculo suavemente imponente por el espíritu profundamente poético que nutre vuestra Sociedad.

Aquí la materia se convierte en poesía; la verdad más serena en su expresión se torna en poesía, con expresión más cálida. Tal es la impresión que experimentábamos al recorrer las páginas de vuestro libro de cuentas, tan repletas de números saturados de amor y caridad; es, sencillamente, el número transformado en poesía.

Nos alegramos de todo corazón con vosotras; nos congratulamos con vosotras al contemplaros aficionadas a todas las bellísimas cosas instrumentos inteligentes que obráis esta, por decirlo así, creación continuada.

Cuando, al dirigir las miradas por la amplitud del mundo entero, vemos con Nuestros ojos esta red de caridad cristiana, amorosa, benéfica—benéfica según el Corazón de Cristo—extendida sin solución de continuidad sobre toda la Ciudad eterna—nuestra familia más próxima—, elevamos espontáneamente un himno de acción de gracias a Dios y a aquellos que de este bien se hicieron el instrumen-

to más eficaz e inteligente. Es el cumplimiento clásico de la palabra bíblica: "*Beatus qui intelligit super egenum et pauperem*," (Salmo 40, 1).

¡Dichosas vosotras, con la felicidad que Dios solo puede prometer y dar a quien añade el ingenio, la luz de la inteligencia al socorro del pobre! Pues vosotras sois clásicamente de este bello número.

Es el ojo iluminado del cristiano corazón quien os lleva como peregrinas bienhechoras junto a los pobres que sufren siguiendo magníficamente el espíritu, las leyes, el ejemplo de vuestro gran protector San Vicente.

Es la regla cristiana la que os guía; hacer el bien siempre a todos, en todas direcciones, todo el bien del cual va en busca el corazón vigilante; hacer el bien, modestamente, sin vanagloria, con perfecta sencillez de corazón y de intención; hacer el bien a los cuerpos para preparar el bien de las almas, conforme han hecho todos los Santos y el Maestro de los Santos. El santo Evangelio dice de Nuestro Señor que consolaba, sanaba, hacía el bien por doquiera que pasase: "*qui pertransiit benafaciendo*," (Act, X, 38).

Benditas seáis, acreedoras a las bienaventuranzas que de Dios proceden: "*beatus qui intelligit super egenum et pauperem*,".

Nós tenemos verdadera necesidad de deciros con qué profundidad de sentimientos, de simpatía, de afecto, concedemos la bendición que habéis venido a implorar de vuestro Padre, del Padre de vuestros corazones, ya que Nos parece, al acceder a vuestros anhelos, que cumplimos con un deber sagrado; tal es el sentimiento que experimentamos de profundo y paternal agradecimiento.

No os maravilléis de que el Vicario de Jesucristo se os muestre tan reconocido, sabiendo vosotras muy bien—y en la conciencia de ello reside el más eficaz estímulo para obrar el bien—que por vuestra obra os habéis asegurado ya el reconocimiento de Jesucristo mismo.

No es palabra de su Vicario, sino del propio Jesucristo:

«lo que hicisteis al más pequeño de mis hermanos, a Mí lo hicisteis».

Es, pues, la gratitud de Dios que sigue vuestros pasos; con lo cual os digo todo lo que podéis esperar del corazón de Dios, y no sólo de su Vicario.

Descienda la bendición con toda la intensidad de votos y súplicas, con que Jesús quiere que vaya acompañada; descienda sobre vosotras que constituís el centro impulsivo y directivo de esta obra de caridad; sobre vosotras que trasladáis este impulso central a los centros menores.

Magnífica es, aun desde el punto de vista estético, esta ramificación de santa energía, inmensa, inagotable, como inagotables son las industrias de la caridad.

Descienda la Bendición sobre vosotras, cuando en vuestro centro contribuís a socorrer las miserias, y cuando ofrecéis no sólo vuestros recursos pecuniarios, si que también, como lo atestiguan vuestros anales, los corazones que ponéis vosotras mismas en contacto con los de los pobres.

Benditas seáis todas vosotras y junto con vosotras vuestros párrocos, que consideran ese apostolado como un tesoro inestimable de bienes; pues, si bien ellos lo ejercen oficialmente, por deber de su ministerio, vosotras sois los instrumentos por medio de los cuales ellos a menudo alcanzan lo que por sí difícilmente alcanzarían; sabido es que poseéis una gracia particular que hace posibles las finezas más exquisitas del bien.

Benditas seáis asimismo, cuando vuestra obra llega hasta ciertos parajes, en que las necesidades son delicadas y difíciles de remediar. Hemos visto con íntimo júbilo del alma que vuestro auxilio bienhechor alcanza allí en donde la culpa sume la familia en la desgracia, en la confusión, en el desaliento.

Dios y sus ángeles cuentan vuestros pasos, vuestros gestos, vuestras palabras; nada se pierde; todo ello resulta grato al Corazón de Jesús, responde a los anhelos, íbamos a decir más divinos de su divino Corazón.

Que nuestra bendición descienda sobre vosotras tal como la deseáis: al pasar por delante de vosotras, oíamos otras tantas peticiones particulares; ahora, pues, sea Nuestra bendición como la deseáis, que responda a vuestras intenciones y súplicas.

Descienda también sobre vuestras hermanas, y sobre vuestras, llamémoslas así, hermanas mayores, las Religiosas representantes visibles de los ángeles; descienda sobre todos aquellos que contribuyen a vuestra obra, sobre vuestras familias, sobre vuestras casas, y como piadosas y lógicamente habéis suplicado, sobre la gran familia de vuestros enfermos y pobres, que adoptásteis para satisfacer los deseos del Corazón de Jesús.

Os damos esta Bendición con el espíritu con que la Iglesia suele invocarla, a fin de que «descienda sobre vosotras y en vosotras siempre permanezca».

Más cosas quisiéramos deciros, porque es un dulcísimo placer el que aquí Nos trajo; pero, por mucho que dijésemos, no haríamos sino repetirnos, o mejor, no nos repetiríamos jamás, supuesto que a cada palabra añadiríamos un afecto nuevo, muestra de la profundidad de sentimientos, de la simpatía, de la benevolencia que experimentamos por vosotras».

S. S. Congregatio Sancti Officii

I

DAMNATUR OPERA QUAEDAM M. MIR ET I. DE RECALDE

DECRETUM

Feria IV, die 2 Maii 1923

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis Sancti Officii Emi, ac Rmi. Domini Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi, prae habitio RR. DD. Consultorum

voto, proscripserunt, damnaverunt atque in Indicem librorum prohibitorum inserenda mandaverunt opera:

I. *Historia interna documentada de la Compañía de Jesús*, por DON MIGUEL MIR, Pbro., de la Real Academia Española. Tomo I et II.

II. *Histoire intérieure de la Compagnie de Jésus après les documents, adapté par I. DE RECALDE du récent ouvrage espagnol de D. Miguel Mir*: I, «Les principes». Paris, Librairie Moderne, 2, Rue de l'Echaudé Saint-Germain, 2, 1922.

Et insequenti feria V, die 3 eiusdem mensis et anni, Sanctissimus D. N. D. Pius divina Providentia Papa XI, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Officii impertita, relatum sibi Emorum, Patrum resolutionem aprobavit, confirmavit et publicandam iussit.

Datud Romae, et aedibus S. Officii, die 4 maii 1923.

ALOISIUS CASTELLANO, *Supremae S. C. S. Officii Notarius*.

II

DAMNATUR OPUSCULUM: «L'APPARITION DE LA TRES SAINTE
VIERGE DE LA SALETTE»

DECRETUM

Feria IV, die 9 Maii 1913

In generali consessu Supremae Sacrae Congregationis S. Officii Emi. ac Rmi. Domini Cardinales fidei et moribus tutandis praepositi proscripserunt atque damnaverunt opusculum: *L'apparition de la très Sainte Vierge sur la sainte montagne de la Salette le samedi 19 Septembre 1845. — Simple réimpression du texte intégral publié par Mélanie, etcétera. Société Saint Augustin, Paris Rome Bruges, 1922*, mandantes ad quos spectat ut exemplaria damnati opusculi e manibus fidelium retrahere curent.

Et eadem feria ac die Santissimus D. N. D. Pius providentia Papa XI, in solita audientia R. P. D. Assessori S. Of-

ficii impertita, relatam sibi Emorum. Patrum resolutionem approbavit.

Datum Romae, ex aedibus S. Officii, die 10 Maii 1923.

ALOISIUS CASTELLANO, *Supremae S. C. S. Officii Notarius.*

(*Acta Apostolicae Sedis*, 1923, pp. 287 y 288)

UNA REAL ORDEN DE INTERÉS

En la *Gaceta* ha aparecido la siguiente Real orden del Ministerio del Trabajo, que recogemos por su gran interés:

«Ilmo. Sr.: Las circunstancias extraordinarias con que en el presente ejercicio económico han de aplicarse los preceptos y consignaciones de los presupuestos generales del Estado que de hecho no han comenzado a regir, en muchos de sus aspectos, hasta el día 26 de Julio último, fecha en que se promulgó en la «Gaceta» la ley de Presupuestos implican una modificación indispensable de la Real orden de 14 de Junio de 1920, que regula la forma de solicitar y tramitarse las subvenciones que hayan de concederse a las Sociedades y Centros que justifiquen su inscripción en los Registros de Asociaciones de los respectivos Gobiernos civiles y que puedan ser objeto de las subvenciones consignadas en el capítulo 7.º, artículo único, concepto 5.º de la sección 9.ª, «Presupuestos del Ministerio del Trabajo, Comercio e Industria».

La estricta aplicación de la mencionada Real orden de 14 de Junio de 1920, referida a un periodo de tiempo normal y ordinario de vigencia del presupuesto, resultará ineficaz y contraproducente en el caso de unos Presupuestos que han comenzado a regir a los comienzos del cuarto mes del correspondiente ejercicio económico.

En su virtud,

Su Majestad el Rey (q. D. g.) se ha servido disponer la derogación de la expresada Real orden, aprobando las siguientes reglas, relativas a los procedimientos que durante el presente ejercicio económico y sucesivos hayan de aplicarse para la concesión de las subvenciones expresadas:

1.^a Las Sociedades y Centros que justifiquen su inscripción en el Registro de Asociaciones del Gobierno civil respectivo y que tengan por fines principales, según sus Estatutos y Reglamentos, el socorro a sus asociados en casos de invalidez, enfermedad o defunción, y las Cajas de retiros obreros, Mutualidad Materna, Cajas de Ahorros populares y demás instituciones benéficas de carácter social que soliciten auxilios a que se refiere el concepto 5.^o del capítulo 7.^o artículo único, del presupuesto del Ministerio del Trabajo, Comercio e Industria, deberán dirigir sus instancias al referido Ministerio, presentándolas antes del día 1.^o de Octubre de cada año en el Registro general del mismo.

2.^a Las solicitudes deberán ser acompañadas del acuerdo reglamentario sobre la necesidad de la subvención y fines a que se destina, certificación de inscripción del Registro de Asociaciones, un ejemplar del Reglamento o Estatuto y las cuentas justificadas de la inversión de la última subvención, si la hubiere habido, o certificación negativa en su caso, autorizada por el presidente y secretario de la entidad solicitante.

Quando falten todos o algunos de dichos documentos, se devolverán a dicha entidad, a fin de que subsane la omisión en el plazo de un mes, transcurrido el cual sin tenerlo, perderá todo derecho a obtener la subvención.

3.^a Para los efectos de la concesión de las subvenciones por el Ministerio se distribuirán las solicitudes presentadas en cuatro categorías a saber:

Primera. Sociedades que tengan por objeto el socorro de sus asociados, casos de inutilidad, enfermedad o defunción.

Segunda. Retiros para obreros.

Tercera. Mutualidades Maternas y Cajas de Ahorros populares; y

Cuarta. Las demás instituciones benéficas de carácter social.

4.^a En cualquier tiempo, dentro de la vigencia del presupuesto se podrá conceder a cada entidad solicitante, por una sola vez la subvención que se estime adecuada a la importancia y necesidades justificadas de los fines sociales que atienda.

5.^a Todas las instancias presentadas desde 1.º de Abril último podrán ser, desde luego, resueltas, siempre que su documentación se haya acomodado a los preceptos consignados en las reglas anteriores.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

JUNTA DE LOS COLEGIOS UNIVERSITARIOS

Hallándose vacantes las becas que a continuación se expresan, se hace saber así para que los jóvenes que se encuentren en condiciones de optar a ellas puedan solicitarlas dentro del término de veinte días, a contar desde la publicación de su anuncio en la *Gaceta* de Madrid.

También se anuncian en el *Boletín Oficial* de Salamanca y en los de aquellas Provincias a que correspondan los pueblos cuyos naturales tengan derecho de preferencia, y en los Eclesiásticos de las Diócesis que se hallen en análogo caso.

Las instancias habrán de dirigirse al Ilmo. Sr. Rector de la Universidad, Presidente de la Junta de Colegios, acompañadas de los siguientes documentos, extendidos en la clase de papel que señala la vigente Ley del timbre, *no siendo admitidos los expedientes de aquellos aspirantes que no reúnan este requisito*: fé de bautismo, partidas de defun-

ción de los padres, los que sean huérfanos; certificación de buena conducta, expedida por el Alcalde constitucional o de Barrio y Sr. Cura párroco. Los aspirantes que sean sacerdotes sustituirán esta última por otra análoga, expedida por la Secretaría del Obispado de su Diócesis; certificación que acredite las cuotas de contribución que por todos conceptos paguen al Tesoro los padres de los aspirantes o que no pagan ninguna, expedida por la Administración de Hacienda de la Provincia; hoja de estudios y cédula personal los mayores de catorce años.

Habrán de reunir todos los aspirantes las condiciones generales de profesar la Religión Católica y ser hijos legítimos.

Las condiciones especiales de cada Colegio, al tenor de las respectivas fundaciones, se consignan a continuación en los anuncios respectivos:

Una, *del de Santa Cruz de Cañizares*.—Conforme a lo que determina el Reglamento general de la Institución, serán las becas de este Colegio para las facultades de Teología o Derecho, correspondiendo la que hoy se anuncia a la primera Facultad; gozarán preferencia los Sacerdotes que las solicitaren, y se proveerá en otro caso en jóvenes solteros, de buena vida y costumbres, católicos e hijos legítimos, guardándose, además, el siguiente orden de prelación:

- 1.º Los parientes del fundador, Ilmo Sr. D. Juan de Cañizares, Arzobispo electo de Santiago.
- 2.º Los naturales de la ciudad de Almagro.
- 3.º Los de la diócesis de Santiago; y
- 4.º Los de la diócesis de Salamanca.

Los alumnos de la Institución de los Colegios disfrutarán sus becas haciendo vida Colegiada en la forma que el Reglamento interior aprobado por la Junta determine para ello, conforme a las bases autorizadas por Real orden de 9 de Diciembre de 1915 y Reglamento reformado conforme a ellas y aprobado asimismo de Real orden de 23 de Diciembre de 1916.

Tendrán opción a que se les costeen los correspondientes títulos académicos; a que se les pensione para viajes científicos al extranjero, en los casos en que la Junta lo estime conveniente, y a disfrutar otras varias ventajas, si hicieren sus estudios en las condiciones establecidas al efecto, de las cuales, así como de todas las demás a que habrán de someterse, serán oportunamente enterados.

La vida Colegiada, para los becarios residentes en Salamanca, no se pondrá en vigor hasta tanto que no estén convenientemente dispuestos el edificio o edificios que hayan de ser destinados a Colegios, y hasta entonces disfrutarán las pensiones establecidas por el antiguo Reglamento de 31 de Julio de 1886.

Salamanca 3 de Julio de 1923.—El Rector-Presidente, *Esperabé*.—El Vocal Secretario, *Ernesto Amador*.

EJERCICIOS ESPIRITUALES EN EL SEMINARIO PONTIFICIO

SACERDOTES QUE LOS HAN PRACTICADO

PRIMERA TANDA: 30 DE JUNIO A 6 DE JULIO 1923

Excmo. Sr. Obispo de la Diócesis.

Don Marcial C. Aniceto, Beneficiado de la Catedral.

- » Honorato Pérez, Beneficiado de la Catedral.
- » Gabriel Romero, Arcipreste de Ledesma.
- » Sebastián Madera, Arcipreste de Linares.
- » Gerardo Sánchez, Profesor del Seminario.
- » Santiago Prats, Profesor del Seminario.
- » Paulino Herrero Conde, Profesor del Seminario.
- » Gabriel Pérez, Párroco de Sequeros.
- » Angel Tabernero, Párroco de Macotera.
- » Miguel S. Jiménez, Ecónomo de San Martín.
- » Manuel Vicente, Párroco de Santa María de Ledesma.
- » Filomeno Gómez, Párroco de Miranda del Castañar.
- » Victoriano Fernández, Párroco de Calzada de Valdunciel.
- » Miguel Tocino, Párroco de Santiago de la Puebla.

- Don Pablo Martín, Párroco de Cantalpino.
- » Santiago Herrero, Párroco de Monleras.
 - » Leopoldo Arnés, Párroco de Guadramiro.
 - » Belisario García, Párroco de Masueco.
 - » Ladislao Sánchez, Párroco de San Miguel de Valero.
 - » Bernardino Carreño, Párroco de Buenamadre.
 - » Fabián Encinas, Párroco de Gajates.
 - » Práxedes Martín, Párroco de Galisancho.
 - » Manuel Cuesta, Párroco de Paradinas de San Juan.
 - » José Ramos, Párroco de Villarmayor.
 - » Angel Ballesteros, Párroco de Muñoz.
 - » Miguel Martín, Párroco de Herguijuela de la Sierra.
 - » Elías Martín, Párroco de Torresmenudas.
 - » José Seisdedos, Párroco de Aldearrodrigo.
 - » Cayetano Iglesias, Párroco de Madroñal.
 - » Angel Macías, Párroco de Casafranca.
 - » Trinitario Polo, Párroco de Cabezavellosa.
 - » José H. Seisdedos, Párroco de Porqueriza.
 - » Juan Sánchez; Capellán de Matilla de los Caños.
 - » Manuel Moro, Ecónomo de Valdecarros.
 - » Severiano Coronado, Coadjutor de San Juan de Sahagún.
 - » Miguel Pereña, Coadjutor de San Pablo.
 - » Juan Francisco Sánchez, Teniente párroco de Palencia de Negrilla.
 - » Domingo Martín, Coadjutor regente de Los Mesones.
 - » Manuel Serrano, Párroco de Tordillos.
 - » Mateo Sánchez, Párroco de Poveda de las Cintas.
 - » José Boyero, Ecónomo de Tornadizos.
 - » Manuel Pérez, Párroco de Campo de Peñaranda.
 - » Agustín Bravo, Presbítero, Salamanca.
 - » Santos Jiménez, Párroco de Galinduste.

SEGUNDA TANDA: DEL 7 DE JULIO AL 13 DEL MISMO

- Don Antonio B. Durán, Beneficiada de la Catedral.
- » Fabián Jorge, Beneficiado de la Catedral.
 - » Miguel García Vicente, Arcipreste de Tavera.
 - » Ricardo Caballero, Arcipreste de Valdejimena.
 - » Bernardo Sánchez, Arcipreste de Salvatierra.
 - » Salvador Toribio, Arcipreste de la Ribera.
 - » Enrique Ramos, Arcipreste de Rollán.
 - » Francisco Martín, Arcipreste de Arapiles.
 - » Valentín González, Arcipreste de Valdobla.
 - » José María López de Diego, Notario mayor eclesiástico.
 - » José Panjagua, Profesor del Seminario.
 - » Alejandro García, Párroco de Villanueva del Conde.
 - » Vicente Miguel, Párroco de Santa Elena de Ledesma.
 - » Angel Pérez, Párroco de Cepeda.

- Don Pedro Hernández Pérez, Párroco de la Vellés.
- » Francisco Domínguez, Párroco de Guijuelo.
 - » Baltasar Tavera, Párroco de Aldeanueva de Figueroa.
 - » Angel Moro, Párroco de Cabeza de Framontanos.
 - » Andrés Olivera, Párroco de Pedrosillo de los Aires.
 - » Cornelio Martín, Párroco de Navarredonda de la Rinconada.
 - » Lázaro Gonzalo, Párroco de Escurial de la Sierra.
 - » Francisco Tavera, Párroco de Encinasola de los Comendadores.
 - » José Hernández Huerta, Párroco de Almendra.
 - » Juan Manuel Hernández Sánchez, Párroco de San Martín del Castañar.
 - » Diego García, Párroco de Gejo de los Reyes.
 - » Cipriano Hernández, Párroco de San Muñoz.
 - » Juan José Marcos, Párroco de Tardáguila.
 - » Pedro Juan Fernández, Párroco de Robliza de Cojos.
 - » Remigio Salinas, Párroco de Mata de Ledesma.
 - » Juan Conde, Párroco de Peralejos de Arriba.
 - » Julián Ballesteros, Párroco de Cubo de Don Sancho.
 - » Enrique del Arco, Párroco de Larrodriego.
 - » Francisco Sánchez Inestal, Párroco de Beleña.
 - » Víctor Medina, Párroco de Sanchón de la Sagrada.
 - » Sebastián Benito, Párroco de Navales.
 - » José Santos Redondo, Párroco de Tejares.
 - » Juan Franciseo M. Vacas, Párroco de Tejada.
 - » Fabián Dorado, Párroco de Vecinos.
 - » José López Romo, Párroco de Aldeavieja.
 - » Alfredo H. del Pozo, Párroco de Negrilla de Palencia.
 - » Jesús Esteban Rollán, Párroco de Malpartida.
 - » Jesús Cuadrado, Párroco de Villamayor.
 - » José M.^a Marcos, Párroco de Villaverde de Guareña.
 - » Juan Manuel Hernández, Párroco de Cabaco.
 - » Pedro Rodríguez, Párroco de Pizarral de Salvatierra.
 - » Sebastián Villoria, Párroco de El Manzano.
 - » Victoriano Criado, Párroco de Zarapicos.
 - » Fabián Vicente, Párroco de Villasdardo.
 - » Baldomero H. Quintano, Párroco de Brincones.
 - » Higinio García Cuesta, Párroco de Villagonzalo.
 - » Ramón de la Mano, Párroco de Pedraza de Alba.
 - » Juan de la Cruz L. Robles, Párroco de Campillo de Salvatierra.
 - » Melitón Morán, Párroco de Villar de Samaniego.
 - » Nicanor Sánchez, Párroco de Aldeanueva de la Sierra.
 - » Francisco Pérez Martín, Párroco de Pozos de Hinojo.
 - » Manuel García, Párroco de Berrocal de Huebra.
 - » Gerardo Herrero, Párroco de Espadaña.
 - » Aquilino Morán, Párroco de Calzada de Don Diego.

- Don Rafael Lozano, Párroco de Castellanos de Villiquera.
- » Rafael Sánchez, Párroco de Encinas de Arriba.
 - » Abdón Segurado, Párroco de Pedrosillo el Ralo.
 - » Gregorio de la Torre, Párroco de Las Uces.
 - » Gerardo Delgado, Párroco de Palacios de Salvatierra.
 - » Pedro Martín, Párroco de La Maya.
 - » Domingo Sambricio, Párroco de Cilleros el Hondo.
 - » Juan Miguel Sánchez, Párroco de Campo de Ledesma.
 - » Guillermo Pérez, Párroco de Carrasco.
 - » Cirilo González Falagán, Párroco de Doñinos de Ledesma.
 - » David Martín, Párroco de Cortos de la Sierra.
 - » José Santos Martín, Párroco de Cabeza de Diego Gómez.
 - » Fortunato Benito, Párroco de Monterrubio de Armuña.
 - » Juan Coronado, Teniente párroco de Arapiles.
 - » Gregorio Gordo, Capellán Isabeles, Alba.
 - » Santiago Cebrián, Teniente párroco de Anaya de Alba.
 - » Pedro Jesús Sánchez, Teniente párroco de Villaseco de los Gamitos.
 - » Luis Velasco, Teniente párroco de Aldeaseca de la Frontera.
 - » Lorenzo González, Teniente párroco de Valero.
 - » José María García de Miguel, Teniente párroco de Vega de Tirados.
 - » Fernando Recio, Teniente párroco de Garcihernández.
 - » José Hernández Martín, Ecónomo de Pítiegua.
 - » Generoso Moro, Ecónomo de Pedrosillo de Alba.
 - » Claudio García, Ecónomo de Pelabravo.
 - » Sandalio Paseual, Ecónomo de El Gróo.
 - » Francisco Benito, Ecónomo de Carnero.
 - » Baldomero Ramos, Ecónomo de Tavera de Abajo.
 - » Leopoldo Martín, Capellán Hospital de Alba.
 - » Salvador R. Rubia, Presbítero, Alba.
 - » José Rut. Sánchez, Capellán Hospital de Macotera.
 - » Luis Santana, Capellán de la Cárcel de Peñaranda.
 - » Ignacio H. Merás, Coadjutor de Alba.
 - » Manuel Marín, Presbítero de Cantalapiedra.
 - » Gregorio García, Coadjutor de Cipérez.
 - » Jorge Vicente, Coadjutor de Santa María, Ledesma.
 - » Hipólito Bartolomé, Sacristán de San Juan de Sahagún.
 - » Jesús Felipe, Presbítero de Alba.
 - » Santos Camara, Párroco de Pelayos.

Con licencia expresa in scriptis del Reverendísimo Prelado
EN EL CONVENTO DE PP. CARMELITAS

Don Angel Sánchez Ramos, Párroco de Carbajosa de la Sagrada.

RESIDENCIA DE PP. JESUITAS

En este mes de Agosto habrá en esta Residencia una tanda de ejercicios para sacerdotes del 6 al 11 y otra para caballeros del 20 al 25.

BIBLIOGRAFIA

TEOLOGÍA POPULAR O EXPLICACIÓN DE LA DOCTRINA CRISTIANA, por el presbítero *D. Julio Bariego de la Puente*, Coadjutor de Santiago, de Valladolid.

El tomo que acaba de publicarse y en el que se explican las dos primeras partes de la Doctrina cristiana, formando un volumen de 447 páginas en cuarto menor, se vende en todas las librerías de Valladolid y en el domicilio del autor, Zúñiga, 29, al precio de 6 pesetas en rústica y 7 encuadernado.

Obras eucarísticas del V. P. Pedro Julián Eymard, fundador de la Congregación del Santísimo Sacramento.

Tenemos la satisfacción de participar a las personas amantes de la Divina Eucaristía, que se acaba de publicar el primer volumen de esta Biblioteca, cuidadosamente traducido al castellano por los Padres de la citada Congregación.

Constituyen las obras eucarísticas del V. P. Eymard un verdadero tesoro espiritual, pues el venerable fundador de la Congregación poseía el arte, concedido a los Santos de hablar al entendimiento y al corazón.

Con los extractos de sus escritos, sermones y notas manuscritas que constituían el fondo de sus predicaciones, han formado sus discípulos esta obra, titulándola *La Divina Eucaristía* y que comprende los tratados siguientes:

1.º *La presencia real* de Nuestro Señor en el Santísimo Sacramento. Su estado, su vida en la Eucaristía.

2.^o *La Sagrada Comunión*.—Serie de puntos para meditaciones, que son como la quinta esencia de los sermones del V. Eymard. Contiene este volumen más de veinte meditaciones concernientes a la Sagrada Comunión. Un método práctico para prepararse a recibir este Sacramento y dar gracias después de haberlo recibido. Algunos métodos para oír la Santa Misa. El espíritu de oración, de recogimiento, de la vida de la gracia y una regla práctica de la vida sobrenatural.

3.^o *Retiros ante Jesús Sacramentado*.—Contiene este volumen cuatro retiros de seis, siete y ocho días cada uno. Compuso el autor el primero y cuarto para religiosas y el segundo y tercero para los religiosos de su Instituto. El carácter en estos *Retiros en el amor de Dios* es de tal naturaleza, que quien con atención los oiga se sentirá llevado mansa y suavemente a la bondad y al amor. Se renovará el alma en la bondad, se inflamará en el amor y saldrá del cenáculo en donde haya reposado, fuerte y con valerosa decisión para darse sin reserva al reinado interior de Jesús.

4.^o *La Eucaristía y la perfección cristiana*.—Este volumen está dedicado a todas las almas devotas, y más especialmente a las numerosas Congregaciones fundadas para la adoración al Santísimo Sacramento, y que por consiguiente deben hallar en la Eucaristía el alimento de su vida religiosa.

Condiciones materiales.—Las obras eucarísticas del Venerable P. Eymard se publicarán en volúmenes en 8.^o, magnífico papel y clara impresión.

Precio de cada tomo, encuadernado en tela inglesa, rótulos dorados, 5 pesetas. Los pedidos al editor D. Bruno del Amo, apartado 5003, Toledo, 72, Madrid.